



LECTORI BENIVOLO

S

IOH. FRIDER. FISCHERVS

Miraberis forsitan, Lector, quid sit,
quod ego curauerim editionem no-
uam libelli, cuius vitiorum non me-
diocrium multitudinem magnam & copiam
obesse multum diligentiae tironum, inter
omnes constet. Sed mihi quidem, quod mi-
rere, non videtur esse. Etenim primo id feci
rogatus; multa autem facienda saepius esse
rogato, quae tibi met non probentur omni-
no, praesertim si ea, quae petuntur, non
aliena sint a litteris iis, quarum studio
teneare, non ignorari a te arbitror. dein-
de quae tradita minus recte & praecepta
in libello hoc videri poterant, ea, nisi
omnia, id quod nolim affirmare, certe
tamen maximam partem sublata inde cu-
ra nostra atque correctâ videbis. Persua-
sum vero semper habui, expertumque
a 2 temet